Quelle: http://manuscripta.at/?ID=28694
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

supplex adiit patrem sanctum, fideliter ei
necessitatem indicans mulieris. Fideliter
expletis negotiis suscepte legationis.
Et o mira diuine uirtutis operatio, mira-
bilis accelerantis quod mirabiliter tarda-
batur. Tanquam enim hoc solum tempore nascitur
expectauit infans. hora eadem femina
peperit, ex percurrente remedio. rediens
frater ille in commodum quod nunciauerat non in-
Alio tempore in territorio autisi- uen.
odorensi. apud oppidum quod Cona uo-
catur: mulier quedam mirabiliter labo-
rans periclitabatur multis diebus. Cum uenisset
filius usque ad partum. et uires non haberet
parturiens. Cumque superuenisset interim
seruus Christi. postulanti benedictionem. aquam bene-
dictam misit. Gustauit mulier, et confesti-
natus est puer. Quem uenerabilis episcopus Car-
notensis Gaufredus baptizauit. Bernar-
di ei nomen imponens.
In eodem tempore et in territorio eodem dum
febricitantium multitudo sicut ubique solebat
adiret hominem panem petentes benedictum. Ge-
rardus quidam clericus ex castro cui nomen est
Clamiceum male sciolus et subsannans
fidem ipsi blasphemabat. In ipsis autem
uerbis blasphemie grauissima febre
correptus. usque autissiodorum abeuntem
sequi coactus est uirum dei. et penitentiam agens
apud eum ipsam cui detraxerat multis obti-
nuit precibus benedictionem.
Iam multis non gustata eius benedictio
reddidit sanitatem, ut solius dei cuius h

uirtute fiebant. possent noticia comprehendi.
Vidimus in territorio meldensi mulierem
deuotissimas referentem gratias uiro dei.
quod ad primum gustum panis ab eo benedicti.
plenam recepit sospitatem a febre quartana.
qua sic grauiter laborauerat mensibus ferme.
xviii. ut in hora accessionis quasi frene-
ticus nec matrem agnosceret suam.
Virum quoque uenerabilem Geraudum le-
mouicensium episcopum testantem audi-
uimus iuuenem quendam de familia sua
letaliter in capite saucium cum iaceret spu-
mans et impos mentis: inmissa sibi in os
buccella panis quem benedixerat homo dei.
tam celerem sensisse uirtutem. ut incolumis
surgeret ipsa hora.
Neque illud tacendum quod ipsam quoque sub-
stantiam panis ab omni corruptionis
iniuria eadem benedictio uendicabat.
adeo ut plures uiderimus qui per septennium
et ultra eosdem seruauerant panes. nec
colore nec sapore mutato.
Ante hos paucos dies uenerabiles
abbates Gerardus et Henricus de Suecie par-
tibus uenientes. dum super his conferremus.
testati sunt nobis panem ante annos undecim.
ei benedictione signatum, manere adhuc
apud se penitus incorruptum. Nec dis-
simule apud aliquos nostrum usque hodie no-
uimus. et apud alios multos credimus esse
Et nunc idoneum sa- repositum.
tis et eiusdem huius rei testimo-
nium proferam. Vir magnus et mag-